

fam occasionemq; præbeat dignitas, professio, & magisterium. Tum externis inno-  
tescent, cumq; illis utiles, & fructuosas iungent amicitias.

Cum ad decimam, foelicissimus status promittitur dignitati, professioni, famæ,  
muneri quo quisq; fungitur, Tum res meliores faciunt regum, principumq; munifi-  
centia, suaq; uirtute nouum splendorem consequuntur.

Cum ad undecimam, tum congregant reditus professionum, & munerum, &  
principalium beneficiorum, sed & benefici erga suos tunc esse solent.

Cum uerò ad duodecimam uenerit Mediꝝ cœli Solis'ue profectio, aliquid  
nato damni facient, quod à regibus, & principibus detur, aut professionis, hono-  
rum'ue detrimenta sentient, aut principum amittent benignitatem, aut obtrecta-  
tionibus, inuidia, maledicentia prementur, tum & consanguinei, aut amici morte  
eripiuntur.

### De dominatrice profectiois stella Mediꝝ cœli, deq; significatis configurationum illius.



Vm Saturno dominium profectiois huius obtigerit, ipsaq; profectio  
inciderit in domum fortunam geneleos, aut ad secundas configuratio-  
nes Saturni peruenerit, decernitur animi acrimonia, diligens cogitatio  
& cura reꝝ gerendarũ, sedulitas in exercēdis artibus, ac studijs. Cũ emò  
lumento tum nostro argenti fodinas ærarias scrutabimus, studijs con-  
iungemur, agriculturæ studebimus. Sed hæc profectio si fuerit in sexta, septima, octa-  
ua, duodecima'ue domo geneleos, siue ad Saturnum, oppositam'ue, aut quadratam  
configurationem accesserit, omnibus in rebus tum damna, & aduersitates decernit,  
quæ ad dignitatem, famam, professionemq; natĩ pertinent, tum & animi inertes, seg-  
nes, & inimici nati senes, & agricolæ erunt.

Sed Iupiter ubi dominus fuerit huius profectiois, ipsaq; in loca fortunata, aut  
configurationes Iouiales inciderit, tum foelicitatem experientur nati, & prosperos  
successus artium, studiorum, & dignitatis incrementa. Tum si quis forte priuatus fue-  
rit, ad honores perueniet, gratus erit primatibus Ecclesiæ, & nobilibus, & ab his be-  
nificijs afficietur. Sed in locis infortunatis reperta hæc profectio, contraria omnia à  
Iouialibus decernit, à quibus imposturæ, & simulationum damna ipsis infligentur.

Mars dominator huius profectiois, ipsaq; reperta in locis fortunatis, secun-  
dis'ue configurationibus Martis, excitat animos, & elatos reddit, confidentesq; in  
rebus gerendis. Tum quod edicent nati, nemo contemnet, Chemiæ, operibusq; que  
ad ignem fiunt studebunt, nec non metallicis negocijs, cum lucro. Sed eadem pro-  
fectio in locis infortunatis inuenta, aut cum Marte, illius'ue opposita, ac quadrata con-  
figuratione, minatur odia, inuidiam, calumnias, inimicitias, publica munera ad-  
ministrantibus. Tum & damna metuenda quæ afferant prædones, aut incendiarij.  
Tum & periculum impendet honoris, & dignitatis imminutio.

Sol dominium huius profectiois sortitus, si ipsa foelicibus in locis geneleos  
constituta fuerit, aut ad Solis secundas accesserit configurationes, tum nati benigni-  
tatem, & munificentiam sentiet regum, ac principum, honoribus, & dignitate prædi-  
ti, tum magnis, & arduis negocijs occupabuntur, cum gloria, & utilitate. Si quis tum  
priuatus fuerit, non magno labore, honores consequetur. Sed in loca infœlicia, aut  
Solis coniunctionem, oppositam'ue, ac quadratam configurationem si inciderit, tum  
diuersum pronuntiandum erit. Nam & ab eo hominum genere, cuius Sol commen-  
dationem accepit, damnis, malocq; afficientur, & spoliabuntur honoribus, & digni-  
tate.

Vbi